



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

53. An ex promissione non acceptata incurratur in pœnas Bullæ
Gregorianæ de Datis, & Promissis? Et quid est dicendum de his, qui aliquid
dant alteri ut fiat pactio, vel receptio pro gratia, vel ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

RESOL. LII.

An si se promittens incurrat penas Gregorij XIII. de Datis, & Promissis?

Et quid in hoc casu de acceptante promissionem, an subiacet predictis penis?

Et quid est dicendum in utroque, si promittens obtenta gratia, vel iustitia, aliquid mutata voluntate, non tradat intuitu precedentis promissionis? Ex p. 7. tract. 4. Ref. 4.

§. 1. Negativam sententiam docet Bonacina tom. 3. disp. 2. q. 3. puncti. 3. n. 8. ubi sic asserit: Arbitror si se promittentem non subiacere his penis. Ratio est, tum quia ficta promissio non est promissio, nisi ore tenus, ut patet ex dictis, de contractibus; tum quia versatur in materia penali, consequenter odiosa, & consequenter non extendenda. Ita in simili docet summa Corona part. 3. de simonia, n. 14. fol. mihi 72. Lessius lib. 2. cap. 35. num. 11. dub. 1. Socus lib. 9. de iustitia q. 8. art. 1. Tolet. lib. 5. cap. 9. ad finem. Hic tamen in foro externo præsumitur excommunicationem, & alias penas contraxisse, quia forum externum iudicat de externis.

2. Ad primam rationem in contrarium respondeo, hoc esse specialiter constitutum in præfatis Extravagantibus de eo, qui se fingit talium operam, atque industriam pretio quasivisse, in penis autem non est argumentandum a minori ad majus, sed standum est verbis legis.

3. Ad secundam respondeo huiusmodi promittentem graviter peccare, quia inducit ad peccata; non vero subiacere penis huius Extravagantis.

4. Ad tertiam responderi potest primo, acceptantem huiusmodi promissionem subiacere penis: tum quia quantum est ex parte sua acceptat promissionem, & gratiam, vel iustitiam concedit intuitu promissionis; tum quia non implicat recipientem aliquid his penis subiacere, quamvis non subiacet tradens, ut si recipiens acceptet pro gratia, tradens vero tradat alio titulo.

5. Responderi potest secundum, nec ipsum acceptantem subiacere penis, tum quia non dicitur acceptare promissionem (cùm ficta promissio non sit promissio) tum quia cùm hic sit veluti contractus onerosus, & non solet claudicare (quamvis re ipsa non sit verus contractus, cùm huiusmodi promissio, etiam si fiat animo adimplendi, invalida sit, utpote de re, quæ sine peccato adimpleri nequit) acceptans non censetur acceptare, nisi alter velit promittere; propterea licet acceptans peccet ob conscientiam erroneam, & ob affectum ad peccatum, tamen excusandus videtur à penis, quia promissionem non acceptat, nec recipit quidquam.

6. Hoc tamen limita, modò promittens, obtenta gratia, vel iustitia, aliquid mutata voluntate non tradat intuitu precedentis promissionis, alioquin utrumque ligari dicendum esset, ut patet ex verbis Extravagantis. Hucusque Bonacina.

7. Non deseram tamen adnotare alios contrariam sententiam docere, ut illam novissimè tenet Dicastillus de iust. lib. 2. tract. 1. disp. 5. dub. 7. num. 179. Quia ait ipse in Bulla comprehenduntur, qui auxilium, consilium, seu favorem dant, ut ea fiant, quæ ibi prohibentur, sed ficta promissio, quamvis in ratione promissionis non sit propriè promissio (quod suam habet questionem) tamen revera movet, & juvat alium, ut rem efficiat, aut intenter, & includit virtuale consilium, & exhortationem: sed quando quis ex sua parte dat consilium, auxilium, seu favorem, exercet actionem pro-

hibitam in Bulla illis verbis: Dantēque illis, & aliis supradictis consilium, auxilium, vel favorem: ergo licet in ratione promissionis non comprehendatur ficta, comprehenditur in ratione auxilij, consilij, vel favoris.

8. Respondebis fortasse, talem promittentem si se saltem, quando non admittitur promissio ficta non incurere; quia tunc nullus est favor, auxilium, vel consilium ad actionem quæ non est. Hæc tamen responsio facile refellitur: nam iuxta supradicta eo ipso, quod actio per se prohibeatur, etiam si ex ea non sequatur effectus, incurritur pena. Et hæc omnia docet Dicastillus loco cit. adversus ea quæ docuerat Bonacina, idè tu cogita.

RESOL. LIII.

An ex promissione non acceptata incurrat in penas Bullæ Gregorianæ de Datis, & Promissis?

Et quid est dicendum de his, qui aliquid dant alteri, ut fiat pactio, vel receptio pro gratia, vel iustitia obtinenda? Ex p. 7. tract. 4. Ref. 5.

§. 1. Negativè respondet Bonacina tom. 3. disp. 2. q. 3. puncti. 3. n. 9. ubi sic ait: Dicendum videtur promittentem non incurere penas istius Extravagantis, altero, cui sit promissio, non acceptante promissionem, nisi aliquos pollicitationibus ambiat, quos gratia præstare arbitretur. Ratio est, quia de ratione promissionis est acceptatio, cùm promissio sit datio fidei, & fides non dicatur data, nisi sit acceptata; per hoc enim promissio differt à pollicitatione, quod pollicitatio est solius offerentis promissio, ut patet ex dictis, de contractibus, quest. 11. puncti. 1. & cùm in materia odiosa versetur, non est faciendi extensio promissionis ad pollicitationem.

2. Neque obstat ratio allata ad probandam Molinæ, & aliorum opinionem: nam licet promissio sit actio principaliter prohibita, tamen non dicitur propriè promissio: nisi acceptata sit, & illa formula disiunctiva adhibetur, non ad excludendam promissionem propriè acceptam, sed ad indicandum, promissione acceptata, non solum promittentem, verum etiam acceptantem his penis subiacere. Secus dicendum est de iis qui aliquid dant alteri, ut fiat pactio, vel receptio pro gratia, vel iustitia obtinenda; isti enim ligantur penis huius Extravagantis, quia danda, vel recipiendo efficiunt actionem principaliter in hac Extravaganti prohibitam. Ita Bonacina qui citat Azorium.

3. Sed affirmativam sententiam docet Molina, Fatnaci, Boccacius, quos citat & sequitur Dicastillus de iust. & iur. lib. 2. tract. 1. disp. 5. dub. 7. n. 182. Quia est promissio una ex actionibus principaliter prohibitis, nec copulativè, seu disiunctivè prohibetur.

4. Alii verò negant; quia ea promissio non est propriè promissio, nisi acceptetur; de ratione enim promissionis est, quod acceptetur, in Bulla verò promissiones prohibentur, quæ debent intelligi propriè. Tamen hæc sententia ex nuper dictis reiicitur. Nam licet promissio non acceptata, sit tantum pollicitatio, quæ est inchoata promissio, ut dicemus in Tractatu de promissione, dub. 6. tamen non solum quatenus promissio in Bulla prohibetur, sed etiam quatenus consilium, auxilium, vel favorem continens, ut probatum est.

5. Sed, quod caput est in hac re, expressè etiam in Bulla meminit eorum, qui pollicitationibus ambiunt, cùmque promissio non acceptata, pollicitatio sit, iam comprehenditur saltem, quando eos, quos gratia præstare arbitrantur (ut ait Pontifex) donis, pollicitationibusque

hūque ambiunt. Hæc Dicastillus. Vide etiam Sanch. in epist. tom. 1. lib. 2. cap. 3. d. 106. a. 5. ubi tenet, quod licet non sit completa promissio, inciditur in penas nostræ Bullæ Gregorianæ, si aliquid promittatur pro iustitia, vel gratia.

RESOL. LIV.

An ad inveniendas penas dictæ Bullæ Gregorianæ sufficiat, ut donum attingat quantitatem sufficientem ad constituendum peccatum mortale furti? Ex p. 7. tr. 4. Refol. 6.

§. 1. **A**ffirmativè respondet Bonacina tom. 3. disp. 2. q. 3. pum. 31. n. 13. Tum quia Summus Pontifex absolute, & sine distinctione has penas inungit dantibus, vel accipientibus, promittentibus, vel acceptantibus aliquid parvum, vel magnum; ubi autem jus non distinguit, neque nos distinguere debemus, nisi adsit iustificans ratio distinguendi, tum quia ad has penas incurrendas, eam rem sufficere censendum est, quæ in materia furti, vel sacrilegij, aut in aliis materiis notabilis iudicatur, nec incongruens est dicere id, quod est notabile & magnum, in materia aliarum virtutum conferri magnum, aut saltem parvum in hac materia, juxta mentem Summi Pontificis, prohibentis etiam promissionem rei parvæ; tum quia ferè numquam constaret aliquem his penis irretitum esse, si certa rei quantitas ad has penas incurrendas aliquid notabile censetur in materia furti, quia est contra domini voluntatem (furtum enim est rei alienæ invito domino) illique notabile incommodum affert spectatis regulis à nobis assignatis, in tractatu de restitutione. Ergo illud idem censetur notabile, aut saltem parvum, secundum hujus Extravagantis tenorem, quod est juxta recipientis voluntatem, illique notabile commodum asferre potest. Cæteras rationes videbis apud ipsum Bonacinam.

2. Sed his non obstantibus mihi placet opinio asserentium materiam constituentem peccatum mortale in terminis Bullæ citatæ esse relinquendam prudentis arbitrio; spectata, tum qualitate, dantis, & accipientis, tum gravitate gratiæ, aut justitiæ de qua agitur, & aliis circumstantiis. Ita Molina supra. Azor. Navarr. citati, Menochius de arbitrariis, lib. 2. cent. 2. casu 145. nup. 4. Boccacius 1. par. de pactis, n. 31. Ideo juxta hæc sententiam non est admittenda quantitas, quæ alias sufficeret ad mortale furti, sed an res ejus momenti sit, quæ allicere possit, & pervertere accipientem. Si enim talis non sit, non censendum erit dantes, aut accipientes penas incurere. Addit Navarrus consequenter posse contingere inter personas tales tali loco, & tempore, ut date equum, non videatur sufficiens ad movendum, seu flectendum animum recipientis spectatis prædictis circumstantiis. Causa autem finalis hujus Extravagantis condendæ fuit, ne gratia, vel justitia muneribus obtineretur; & hic, & nunc fieri potest, ut vim non habeat largitio unius equi.

3. Nec obstant contraria argumenta Bonacinæ: nam ad illa copiose, & doctè respondet Dicastillus de just. lib. 2. tract. 1. disputat. 5. dub. 7. num. 203. & sequent. Ad illum, & non pigebit. Vide etiam nostrum P. Leonem de cens. resolut. 4. lit. B. ver. dantes, ubi Bonacinam impugnatur, & docet secundum Sanctarellum non incurri censuras propter largitionem duorum, vel trium aureorum.

RESOL. LV.

An Cardinales includantur in penis dictæ Bullæ Gregorianæ? Ex p. 7. tr. 4. Ref. 7.

§. 1. **R**espondeo probabiliter sustineri posse Cardinales nulla in parte ligari hac constitutione, cum sit pœnalis hæc constitutio, & odiosa, & in odium ligaturis Cardinalibus non veniant nomine Clericorum, nec ligentur legibus pœnalibus, nisi exprimentur, quamvis legentur legibus divinis & naturalibus. Ita Bonacina pum. 31. n. 16. Dicastil. de just. lib. 2. tr. 1. d. 106. disp. 2. q. 3. pum. 31. n. 16. Licet asserant & merito affirmativam sententiam esse tutiorem & probabiliorem, omnibus omnino pœnis illius Constitutionis ligari Cardinales, quia Cardinales comprehenduntur in Bullis, quando id quod prohibent est per se malum, aut erat, aliquo jure communi interdictum: sed in nostro casu prohibetur id quod erat vetitum de jure communi apud Extravagantem Bonifacij VIII. Ergo Cardinales in illa & nostra constitutione comprehenduntur: non adeo tamen contrariam sententiam tanquam improbabilem dampnare, & ego illam teneo cum Molina, & Navarro quoad penam beneficiorum, & officiorum obtentorum. Item à pena infamiz, & inhabilitatis ad beneficia, & officia, quia non est vetitum Papam viros tam qualificados tam gravi pena punire.

RESOL. LVI.

An incidat in penas dictæ Bullæ promittens vel danti aliquid pro justitia auferenda, vel differenda? Ex p. 7. tr. 4. Ref. 8.

§. 1. **N**egativè respondet Farinacius p. 3. q. 111. numer. 351. ubi sic ait: Quando pecunia daretur, & reciperetur non pro justitia obtinenda, sed pro ea differenda, aut auferenda, secundum Ioan. Imol. Menac. in d. Extravag. 1. de sent. excom. in verbo sub generalibus, post med. vers. unde dato. Duplici motus ratione. Primo, quia lex loquens in uno casu non trahitur ad alium, & commodissime ff. de liber. & posthum. cap. si septem, de rescript. in 6. Secundo, quia pœnalis constitutio extendenda non est, cap. penas, dist. 1.

2. Sed contrarium docet Scortia in Bullis Pontificis Epitom. 125. Theorem. 333. Filiucius tom. 1. tract. 15. cap. 6. numero 133. Boccacius de pactis part. 3. numero 77. & alij: quia qui dat aliquid pro justitia auferenda vel differenda, obtinet gratiam. Ergo ligatur pœnis Bullæ.

RESOL. LVII.

An qui dat, vel promittit iudici, ut causam expediat, incidat in penas dictæ Bullæ? Ex part. 7. tract. 4. Ref. 9.

§. 1. **N**egativam sententiam tenet Farinacius par. 3. q. 111. n. 350. quando quis cum Iudice pacificetur aliquidve ipsi daret, aut promitteret, ut citius causam expediret, quam alias faceret, sine tamen aliquis præjudicio, & cum vera animi sinceritate, ut non ad alium effectum, nec ad iudicem corrumpeundum sic dederit, aut promiserit. Tunc enim pactionem hanc jure naturæ non esse prohibitam, nec in foro fori, nec in foro poli probat Navar. in Constit. Greg. XIII. in 9. notabili num. 16. vers. Pactio vero facta ob causam